



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De hæresi Pelagiana. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

non est itaque virtus. Præmissis aliisque rationibus ac testimoniis innituntur utriq; Horum autem iudicium diligentis lectoris relinquo examini, ad alia properamus.

PRÆDICTA REPETIT VT ALIA AD-
dat, definitam assignationem ponens de gratia, & li-
bero arbitrio contra Pelagianos.

DISTINCT. XXIII.

A

Ilib. arbitrium sine gratia præueniente, & ad-
iuante non sufficere ad salutem, & iustitiam ob-
tinendam: nec meritis præcedentib⁹ gratiam Dei
aduocari, sicut Pelagiana hæresis tradidit. Nam vt gratia circu-
ait August. lib. 1. retract. Noui heretici Pelagiani li-
berum sic asserunt voluntatis arbitrium, vt gratię Cap. 9. ad
Dei non relinquant locum, quam secundum me- princip.
rita nostra dari asserunt. Pelagianorum hæresis
omnium recentissima, à Pelagio monacho exor- Augustin. ad
ta est. Hi Dei gratię qua prædestinati sumus, & qua quod vult
meruimus de potestate tenebrarum erui, in tantū Deum, libro
inimici sunt, vt sine hac credat hominē posse fa- 88. Tom. 6.
cere oīa diuina mādata. Deniq; Pelagius à fratrib. Ibid. p. 5. c
increpatus, q; nihil tribueret adiutorio gratię Dei omisis.
ad eius mādata facienda, nō eam libero arbitrio
præponebat, sed infideli calliditate supponebat
dices, ad hoc eam dari hominib. vt quę facere per
liberum arbitrium iubentur, facilius possint im-
plere per gratiam. Dicendo utiq; Facilius possint,
voluit credi, et si difficilius, tamē posse homines
sine gratia facere iussa diuina. Illā vero gratiam
Dei, sine qua nihil boni possumus facere, non esse
dicunt nisi in lib. arbit. q; nullis suis præcedentib⁹
meritis ab illo accepit nostra natura, ipso ad hoc
tantum iuuante nos per suā legē atq; doctrinā, vt
discam⁹ quę facere, & quę sperare debeam⁹. Nō au-
tem

*De potestate
liberi arbitrii**bominis la-
psi, quā ha-**bet gratia**scripta.**Cap. 9. ad**princip.**Augustin. ad**quod vult**Deum, libro**unico de ha-**nibus art.**88. Tom. 6.**Ibid. p. 5. c**omisis.*

tem ad hoc per donum spirit^o sancti, ut quæ didicimus esse facienda, faciamus. Ac per hoc diuinatus nobis dari scientiam confitentur, qua ignorantia pellitur: charitatem autem negant diuinatus dari, qua piè viuitur: ut scilicet donum Dei scientia, quæ sine charitate inflatur: & non sit donum Dei ipsa charitas, quæ ut scientia non inflatur, ædificat. Destruunt etiam orationes quas facit Ecclesia, siue pro infidelibus, & doctrinæ Dei resistentibus, ut conuertantur ad Deum, siue pro fidelibus, ut augetur Dei fides, & perseverent in ea. Hæc quippe non ab ipso acciperé, sed à seipsis homines habere contendunt, gratiam Dei qua liberamur ab impietate, dicentes secundum merita nostra dari. Paruulos etiam sine ullo peccati originalis vinculo afferunt nasci.

*Ibid. Augu.
paulo inferi.*

Hic ponit ea quibus suum confirmant errorem, verbis August. contra ipsum utentes. B

Quod vero dicunt, sine gratia hominem per liberum arbitrium omnia iussa implere, huiusmodi inductionibus muniunt. Si, inquiunt, non potest ea facere homo quem iubentur, non est ei imputandum ad mortem, sicut tu ipse Aug. in lib. de libero arbitrio afferis. Quis, inquis, peccat in eo quod nullo modo caueri potest? Peccatur autem. Caueri ergo potest. Hoc testimonio Augu. Pelagius vultus est disputans aduersus eum, immo aduersus gratiam, sicut August. in libro retract. illud & alia huiusmodi retractans commemorat, inquiens, in his atque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est de qua tunc non agebatur, putat Pelagiani suam nos tenuisse sententiā, sed frustra hoc putat. Voluntas quippe est qua peccatur & recte viuitur, quod his verbis egimus, sed ipsa nisi de gratia liberetur, & vita superet adiuuetur, recte à morta lib^o viui non potest. Ecce aperte determinat, ex quo sensu illa dixerit, inimicos gratiæ refellens.

Aliud

*Lib. 3. ca. 18.
ad princ. in
20. 1. & libro
de natura &
gratia c. 67.
in princip.
tom. 7.
Cap. 9. circa
medium li.
1. retract.*